

gruunt. Tria enim sunt potissimum colorum genera, Candidum, pellucidum, & obscurum seu confusum, ac mixtum ex varijs coloribus. Huius obscuri, cum maxima sit copia & minima utilitas, meritò ad Essæos & Epicureos conferri potest, qui sunt inutile terræ pondus. sicut enim huius obscuri succini glebæ, neq; ad medicinã neq; ad ornatum adhibentur: ita illi etiam neq; pietatis officia, neq; politias aut virtutem curant.

Perpicuũ succini genus Pharisæis est simillimum. quemadmodũ enim hoc pulcherrimè solet expoliri & elaborari ad ornatum ac venustatem, vt gemmas varias mentiatur: conspiciuntur etiam in eo varia animalcula venenata, vt aranæ, quę natura sua texunt telas reliquis infectis, quibus inuoluunt & enecant ipsa. Eodem modo Pharisæi non tantum externa quadã specie ac splendore reliquos omnes antecellere videri volunt: sed nonnũ-